Valentem monachum decipit diabolus, crebro ei apparet quasi angelus. Inde enim superbia intumuit Valens, quasi qui cum angelis versatur. Tandem diabolus apparuit ei fingens se esse Christum, cum mille angelis lampades tenentibus, et rotam igneum: dixitque ei unus: «Christus dilexit tuam vivendi libertatem et confidemt, et venit ut videat te: egredere ergo et adora eum.» Egressus est, et pro Christo diabolum adoravit: unde factus est ita emotus mentis, ut Ecclesiasticus ingressus diceret: «Ego non opus habeo communione: Christum enim vidi hodie.» Quare Patres eum vinxerunt, et in ferreas compedes congecerunt. Testis est Palladius, cap. XXXI.

16. ALIOQUIN VELUT INSPIENTEM ACCIPITE ME. — q. d. Quod si aliud impetrare non possum, accipite me velut insipientem, tantum ut mihi pa- latum gloriarum faciat: nam, ut at Cato,

Non te collaudes, nec te cnpavertis ipse: Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Nota: Valde premissum, ut ostendat quam invi- tationem, et quoniam coactus, descedat ad landas suas. Ita Chrysostomus.

17. QUOD LOQUOR, — quod loqui propono et intendo, illas scilicet laudes. Vide *Can. 32.*

NON SECUNDUM DEUM — erit, si secundum se spectetur; erit tamen secundum Deum, » si

Testis est Antonius, ejus discipulus, in ipsis Vita.

Alius quoque audiens a demone: «Ego sum Christus, » clausit oculos, dicens: «Ego in hac vita Christum nolo videre, sed in altera vita.» Hinc Patres monebant dientes: «Eliam angelus in veritate tibi appareat, non suscipias facile, sed humilia te dicens: Non sum dignus angelum videre, vivens in peccatis.»

S. Joannes, qui Theodosio Imperatori predixit victoriam contra tyrannos, vidit demones instar exercitus et currus ignei, dicens: «In omnibus te, o homo, recte gessisti: de cetero me adora, et quasi Eliam te assumam.» Cui Joannes: «Dominum meum et Regem habeo Deum, quem semper adoro; tu autem non es rex meus.» Mox ille evanuit. Testis est Palladius in *Lau- siac.*, cap. XLVI.

S. Pachomius apparuit diabolus specie Christi, dicens: «Pachomius, ego sum Christus, et venio ad te fidem amicum meum.» Agnovit inspiratione divina fraudem Pachomius, cogitans intra se: «Adventus Christi tranquillus est, ego autem turbatus variis cogitationibus astu.» Ergo formans signum crucis, et exsultans in eum dixit: «Discede a me, diabole, quia maledictus es tu et via tua, et artes insidiarum tuarum, ne habes locum apud famulos Dei.» Mox ille, relicto fatore, discessit, dicens: «Lucratus te fuisset, nisi præcelsa virtus Christi impeditisset: verum tamen quantum possum, vos impugnare non de- sinam.» Ita *hionysius in Vita Pachomii*.

Valentem monachum decipit diabolus, crebro ei apparet quasi angelus. Inde enim superbia intumuit Valens, quasi qui cum angelis versatur. Tandem diabolus apparuit ei fingens se esse Christum, cum mille angelis lampades tenentibus, et rotam igneum: dixitque ei unus: «Christus dilexit tuam vivendi libertatem et confidemt, et venit ut videat te: egredere ergo et adora eum.» Egressus est, et pro Christo diabolum adoravit: unde factus est ita emotus mentis, ut Ecclesiasticus ingressus diceret: «Ego non opus habeo communione: Christum enim vidi hodie.» Quare Patres eum vinxerunt, et in ferreas compedes congecerunt. Testis est Palladius, cap. XXXI.

16. ALIOQUIN VELUT INSPIENTEM ACCIPITE ME. — q. d. Quod si aliud impetrare non possum, accipite me velut insipientem, tantum ut mihi pa- latum gloriarum faciat: nam, ut at Cato,

Noa te collaudes, nec te cnpavertis ipse: Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.

Nota: Valde premissum, ut ostendat quam invi- tationem, et quoniam coactus, descedat ad landas suas. Ita Chrysostomus.

17. QUOD LOQUOR, — quod loqui propono et intendo, illas scilicet laudes. Vide *Can. 32.*

NON SECUNDUM DEUM — erit, si secundum se spectetur; erit tamen secundum Deum, » si

charitas et necessitas spectetur, ne videlicet, me contempto, pseudoapostolos glorietur.

In hac substantia (in hoc subjecto, in hac materia) *GLORIA*, — *qua gloriarunt de meis laboribus in sequentibus intendo.*

18. QUONIAM MULTI GLORIANTUR SECUNDUM CARNEM (in rebus carnalibus et externis, puta in nobilitate, divilitate, sapientia, circumcisio, parentibus Hebrei gloriantur pseudoapostoli: hinc) *ET EGO* (jisdem) *GLORIOR.* — Ita Chrysostomus. Vide dicta cap. 2, vers. 2.

*19. LIBENTER ENIM SUPERTIS INSPIENTES, CUN-
SITIS IPSI SAPIENTES.* — Est ironia, q. d. Sustini-
tis insipienti jactantes se gloriosibus illos
pseudoapostolos, sustinetis, spero, et me apud
sapientes sapienter et utiliter gloriantem. Theo-
phylactus tamen Anselmus serio hoc dictum
putant ad exaggerationem et increpationem, q. d.
Cum sitis in Christo sapientes, deberitis pseudo-
apostolos insipientium explodere, quomodo
ergo libenter eos suffertis?

20. SUSTINETIS ENIM SI QUI VOS IN SERVITUTEM REDIGIT. — Notat pseudoapostolorum insatiabi-
lem arrogantiem, avaritiam, tyranidem, q. d.
Sustinetis pseudoapostolos, qui imperiosi vobis
utuntur ut mancipii, quique vos devarient, id est bona vestra extorquent; quique extolluntur,
hoc est scipios laudent, se suaque magni faciunt
et depredant; quique vos in faciem edunt,
non alapis, sed contumeliam. Unde sequitur: «Se-
cundum ignobilitatem dico, » de quo mox. Est
ergo hic acris oburgatio, q. d. Illi emungunt ves-
tras opes, libertatem et honorem auferunt, vos
insuper quasi servos onerant convicis: ego au-
tem humilior me gossi, meo sumptu xvi, leve
jugum Christi vobis imponere volui; et tamen
illios preferitis milii, quoniam non sat nobilis, non
sat potens, non sat facundus præ illis tam
imperiosus dominis, immo tyranus, fore. Unde
S. Bernardus, lib. I *De Consid.*, cap. iii: «Susti-
netis, si quis vos in servitutem redigit. Non bona,
inquit, patientia, cum possis esse liber, servum
te permittere fieri. Nolo dissimiles servitum, in
quam certe indicio dum nescis redigeris. Hebrei
cordis indicium est, propriam non senire continua-
mentem vexationem. Vexatio dat intellectum au-
ditu, sed si nimis non fuerit: nam si sit, non in-
tellectum dat, sed contemptum.»

*Sicutur
tunc
tunc
parte
Euse-
bius
et esse
dicas
etem
etem
vales
magis*

Solentur se Superiores et prelati exemplo Pauli, cum rite officio suo fungentes a suis contemporaneis aliquis posthabentur. Fuit hec semper mundi consuetudo, eritque in finem usque (ut recte adverbit hic noster Salmeron), contumaciter resistere Dei servis, ad minimas occasiones obstrepere et obnubirrare, de severitate moderata conqueri, abhorrire ab omni disciplina; impostoribus au- tem, libertinis et pseudoapostolos serviliter se subdere, omnia illis permittere, quidquid oneris imponere ipsi liberum, patienter sustinere. Ita Israelites, contemptu *sancio*ne sacerdotis modesto, et Aquila vertunt, *μετρω*, id est transirem;

*Hebrei
monstris
radis et
significati-
onis.*

(1) Alliodi et Storius vertunt, *cum dedecore meo fa-
tor, quod ego, si ista sunt virtutes, imbecillus fueris,*
*etiamque, si placeat, ἀπορεύσομαι inter vos non pome-
rin. Sic subest ironia. In iis vero rebus, quibus illi au-
dacter confidunt et gloriantur, et ego, si vobis exsem-*
possum gloriarum (vel, ut son coram ex*aplo canus*), *possem gloriarum*.

S. Augustinus, Quasi. XXXIX in Gen., verit transfiguralem; ita et Chrysostomus, Origenes, Theodoretus ibi. Vel certe Hebrew dicti sunt, quia posteri fuerunt Heber atavi Abraham, qui in confusione linguarum in Babel, Gen. x, 21, et xi, 1 et sequentibus, solus cum suis cum vera fide, religione, pietate, linguam Hebrew primaveram retinuit. Male ergo quidam Hebrew quasi Abrahamis dicto putant. Ita sensu aliquando S. Augustinus, lib. I De Consensu Evang., cap. xiv, sed id retractat, lib. II Retract., xiv. Sensus ergo est, q. d. Apostolus: Pseudopostoli hi gloriantur de sua nobili stirpe, se videlicet Hebrew esse posteros Heber, Abraham, Isaac, Jacob, ac sancta patrum illorum et avitae religionis et vocacionis, augeat ut lingue tenaces et sequaces: sed et ego Hebrew sum, et Abrahamus prospicia, idiomatica, fide, religione.

23. MINISTRI CHRISTI SUNT. — Per concessionem hoc dicit: esto vocent se Christi ministros, et ego sum, imo plusquam ipsi.

UT MINUSSAPIENS DICO. — Hoc est, quasi insipiens, ut dixi vers. 21; interpres Chrysostomi verit, deliras loqueri (1).

IN LABORIBUS PLURIMIS, — *τόποις περιπέτειας*, in laboribus abundantibus, id *τόποις περιπέτειας*, quam pseudoapostoli. Notent hoc Pauli exemplum. Prelati et doctores, ut auctoritate apud suos non pompa externa, sed cum Paulo laboribus et vita concilient. Ita suadet et discerit Concilium Carthaginense IV, cap. xv: « Episcopus, inquit, vitem supellecitem, mensam ac victimam pauperem habeat, et dignitatem sue auctoritatem fide ac vita meritis querat. »

S. Bernardus citans hunc locum, lib. II de Confid. ad Eugenium Pontif., cap. vi, exclamat: « O preclarum ministerium! Quo non gloriarios principatus? Si gloriari oportet, forma tibi Sanctorum prefingitur, Apostolorum proponit gloria. Parvane illa gloriatur? Quia mihi tribut similem fieri in gloria Sanctorum? Clamat Apostolus: Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Agnoscere hereditatem tuam (o Eugeni Pont.) in Christi cruce, in laboribus plurimi. Felix qui dicere potuit: Plus omnibus laboravi. Gloria est, sed nil in ea inane, nil molle, nisi resipuum. Si labor terret, merces invitet. Etsi ille plus omnibus laboravit, non tantum totum elaboravit, et adhuc locus est; exi in agrum Domini tui, et considera diligenter quanti hodie de veteri maledicto silvescat spinis ac tribulis. Exi, inquam, in mundum: ager est enim mundus, isque creditus tibi. Exi in illum non tanquam dominus, sed tanquam villicus, videre et procurare unde exigendum est rationem. »

IN FLAGIS SUPRA MODUM, — *τόποις περιπέτειας*, excessive, supra quam dici vel credi potest.

(1) « Minus sapiens, » seu insipiens, id est jactabundus, nam jactantia, quam otiam Latini *stultitudinem* vocant, est insipiente signum.

IN MORTIBUS, — mortis periculis, ubi comites mei, aut alii vel a latronibus, vel a seditionis cedebantur, aut jugulabantur: simile habes cap. i, vers. 10, et I ad Cor., xv, 31.

24. A JUDEIS QUINQUES, QUADRAGENAS, UNA MINUS, ACCEPTE. — Jussiter Dominus Deut. xxv, 3, ut plagarum numerus quadragenarium non excederet: cui ut certius et plenius satisfaccerent Iudei, non sed unam minus, scilicet 39 reis ingebant. Ita Talmudici.

25. TER NAUFRAGIUM FECI, — *τέρτιον περιπέτειαν*, naufragium sum, naufragium passus sum.

IN PROFUNDO MARIS FUL, — *Γράντε τη βάθυ*, in profundum, quod tam de puto et carcere, quam de mari dicitur. Unde primo, aliqui, ait Theophylactus, intelligent per puto, cui a profunditate nomen erat Bythus, in quo tradunt Paulum, postquam periculum apud Lystrios effugerat, latuisse, Act. xiv, 18.

Secundo, Baronius, anno Christi 38, ex Beda et Quod per Theodoretum, per profundum intelligit profundissimum et teferrimum omnium carcerem Cyzicenum, in quem conjectus sit Patras, famosissimo illi carceri similis, qui Athenis dictus est Barathrum; illigique Romano, quem Tollianum appellabant.

Tertio, melius Noster verit, *in profundo maris*: explicat enim naufragium verum, quod sollicit, facta naufragio, νυφέστω, inquit, ἐν πολλῇ περιπέτειᾳ, noctem et diem in profundo egi, q. d. Tam immensam tempestate jacetus sum, ut, sed non debes sub profundo mari videber esse, ait Maldonatus in Notis manusc. Aut, post naufragium non in navi aut tabula, sed natans in profundo, id est alto et medi mari, diem noctemque undis jacetus egi. Ita Theophylactus, Ambrosius, S. Thomas, Inno-

Anselmus hinc docet sub aquis in profundo, id est mari alveo, diem noctemque egisse Paulum, et miraculo non praefactum aquis, non devoratum a piscibus, sed vivum inde a Deo quasi alterum Iona in littus eductum: *hæcque, inquit Haymo*, est traditio SS. Patrum.

Nota: De fustigatione, de naufragio huncius, scilicet usque ad tempus quo haec scripti Paulus, nihil habetur in Actis Apostolorum: nam Melitensis naufragium, Act. xxvii, diu post contigit, cum scilicet vinculus Paulus Romana missus est: flagellationem tantum unam invenimus, Act. xvi: lapidationem pariter unam Lystris, Act. xiv. Multa ergo silentio preterit Lucas in Actis.

26. PERICULIS EX GENERE, — ex gente mea. Insidias intelligit, quas sepe ipsi Iudei struxerunt. Ita Anselmus.

27. IN LABORE, — *τόποις περιπέτειας*, in fatigazione. IN ERUNNA, — *τόποις περιπέτειας*; Ambrosius et Vatabulus, in molestia. Erunna, ait Cicero, est « aggrito labore, » veluti cum delassasset aliis pro quiete cogitare labores novos capessere. » Unde *περιπέτεια* vocantur calamitos.

En quibus in rebus gloriatur Apostolus, ii sci-

per, de quibus jarci multi non modo Christiani, sed et clericis Ecclesieque ministri erubescerent, ut multis deplorat B. Bernardus in declamatione in illud: « Ecce nos reliquimus omnia. » Qua abilis? quo abit spiritus Apostolicus? quo simplicitas Christiana? quo humilitas, labores, passiones, zelus primitive Ecclesie? Apostoli, Principes Christi, primates Ecclesie, non in palatiis, non in rhediis, non in sericis togis, non in nobilium, famulorum, militum, equorum, canum venatorum turba, non in convivis et symposiis, non in opinis beneficiis, non in molli, delicate ac splendida vita triumphant: sed exultant et gloriantur in fame, in siti, in labore et erumna, frigore et nuditate, in perenni ad barbaras gentes peregrinatione, persecutione, predicatione, fustigatione, flagellatione, lapidatione, morte, martyrio, fatigatio nocturnis et diurnis; omnibus omnia fiunt, neminem aspernatur; patres sum pauperum et affectorum; barbaros, rudes, impes docent, evangelizant, solantur, eleemosynas corrogant. Hec Apostolorum fuit vocatio; hec Principium Ecclesie dignitas, de qua ita gloriatur Paulus; hic spiritus fuit primorum Ecclesie tum ministrorum, tum Christianorum: nec adhuc (Deo laus) hoc aevi deseruit. Habuit et habet nostra etas suis Borromeos, Pios, Xaverios, Menezios, Gaspareos, Hosios.

Non ergo te pudeat, o Antistes, o Praeposite, o Doctor, o Pastor, hosce imitari, horum exemplo pauperes adire, hospitali et carceris invisiere, rusticorum audire confessiones, miseris consolare, simplices ac rudes instruere, omnibus omnia fieri, omnium salutem zelari. In his non piget laborare, fatigari, desudare usque ad mortem, pro hac causa ludibrii, quin et verbena perficeat et delectet: hec ipsa fecit et passus est Christus, fecit Paulus, fecerunt Apostoli. In his virtus, sanctitas, apostolatus constituit. In ultimo illo et decretorio mundi die, cum principes illi Pastorum et doctorum Doctor judex considerat singulorum facta examinaturus, et singulis extenuatis vel felicissime, vel miserrime, sententiam latus, non te rogabit quod beneficia, quod opes, quod famulos, quantum scientia habuisti; sed quomodo illis usus es, quod itis convertisti, quod pauperes cibasti, polasti: quod in carcere visitasti; quantum Evangelium, fidem, gloriam mean propagasti; quod pro ea labores, pericula, quot irrisiones et persecutions, quantum famis ac frigoris, quantum erumnarum pro eo tolerasti. Faxit Deus hinc, dum tempus habemus, cogitemus, hec agamus, ut primevum Ecclesie et Apostolorum spiritum in nobis nostrisque omnibus excusemitem, Christum ducem, Apostolos principes sequamur, mundum senescemem et fringescentem ignita charitate et zelo succendamus; ut cum Apostolis aliquando audiamus: « Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede

majestatis sue, sedebitis et vos super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israel. » Vide has passiones, victorias et animos Pauli laudantem Chrysostomum in morali hom. 23 e 26, ubi inter caetera: « Paulus, ait, Incitor orbis et pugil omni lucte generi certat et vincit: hic ei Apostolicus character, histis luctis contra Evangelium; et quasi flamma inextinguibilis nis, si in mare lapsa fluetibus undique mergitur, et iterum fulgida ascendit: sic et S. Paulus undique pressus, nec oppressus, edere nescius, clarior semper reddit patiente vitor, et milles martyr. » Idem Chrysostomus, hom. 2 De Laud. S. Pauli, in fine tom. III: « Paulus, ait, pre devotionis abundanter dolores pro virtute suscepimus quodammodo non sensit: quin etiam virtutem ipsam pro mercede pensavimus: quotidie celsores, quotidie assurgentes ardenter, ovans in omni impugnatione referebat victoriam, verberibus et injuriis affectus triumphabat, mortem potius appetens, quam vitam; paupertatem potius, quam opulentiam; multo amplius laborem desiderans, quam ali requiem; urbes, gentes, provincias, potestates, quasi arenam vilia reputabat; horum, que habentur, nihil aspernum, nihil etiam suave estimabat; tyrannos quasi culices quosdam reputabat; mortem, cruciatum, mille supplicia, quasi ludum putabat esse puerorum, dummodo proprie Christum aliquid sustinet; adamata erat, immo adamante durior et fortior; tanquam pennatus totus docendo pervolavit orbem, et velut incorporeus labores omnes periculaque contemptis, et quasi jam coelum possidens cuncta proorsus terrena despexit. » Hactenus Chrysostomus.

28. PRÆTERILLA Q.UÆ EXTRINSECUS SUNT, INSTANTIA MEA QUOTIDIANA. — « Instancia, » hoc est, negotiorum moles ruhi instans, circumstantis et incumbens. Patet ex sequentibus: Graecum enim *τριώνας*, teste Budæo, significat agmen cogere, factionem cire, v. g. cum plebs agmine facto coit, et in nobiles ac magistratus involat. Inde *τριώνας* hic vocat Apostolus curas multiplices, que quasi agmine facto undique irruerant, ipsumque pene obruerant, idque non semel, sed asidue. Unde Augustinus in Psal. xcviij legit *τριώνας* in me quotidianas, scilicet sollicitudinum omnium Ecclesiarum; et Ambrosius: *Urgentes*, inquit, *omnium Ecclesiarum cure*. Alter explicat Chrysostomus Theophylactus et Syrus, q. d. Fato conspiratio in me, seditiones, tumultus, turbations, obsidiones populorum, urbium insidiae undique in me concitantur: hoc enim, ut dixi, significat etiam Graecum *τριώνας* et *τριώνας*. Sed hec satis Jam enarravit vers. 26, in tot undeque periculis suis. Prior ergo sensus melior est. Unde explicans subdit: « Sollicitudo omnium Ecclesiarum. » Pulchre Anselmus et Theophylactus: Docet ubique Paulus, sed et tanta patitur: patitur sue, et simul aliorum infirmitates tolerat. ¶

solutatur: tolerat infirmitates singulorum, et simul de communis salute et de toto orbe sollicitus est.
Praelate S. Chrysostomus hic, homil. 18, suo exemplo docet nihil esse haec sollicitudine, cura, studio, labore et dolore boni Pastoris pro Ecclesiis suaviss. « Nam et mater, inquit, pro filio dolore dolens delectatur, sollicita gaudet: cura in se amara licet sit, pro liberis tamen impensa voluptatis multum habet. » Avant viri magni et celestes perpetui laboribus curisque agitari, atque instar cordis aut colli semper moveri, et quod Vespasianus, teste Suetonio, dixit, « stantes mori. » Quicunque Pacatus, in Panegyri Theodosii: « Gaudient, ait, divina perpetuo motu, et iugis agitatione se vegetat eternitas, et quidquid homines vocamus laborem, vestra natura est; ut indefessa vertigo cœlum rotat, ut maria astibus inquietuuntur, et stare sol nescit: ita tu, imperator, continuis negotiis, et in se quadam orbe redentibus, semper exercitus es. »

Vers. 20. 29. QVIS INFIRMATOR (dolet, affligitur), ET EGO NON INFIRMOR (non doleo, non affligor)? QVIS SCANDALIZATOR, ET EGO NON URO? — Graece οὐδεὶς, satrapa Aræta regis: fuit hic soer Herodes, ait Theophylactus. Herodes enim Antipas, qui Joannem Baptistam occidit, filiam Aræta uxorem duxerat, teste Josepho.

33. PER FENESTRAN IN SPORTA DIMISSUS SUM. — Vera. 31. Nola: Contigit hæc Pauli fuga per sportam Damasci. Actor. ix. 20, anno Christi 30; tunc enim Arætas, rex Arabie et vicinus Damasci dominus, Paulum ait Josephus, intulit bellum Herodi, quia Herodes et per repudiaverat Aræta filiam, ut duceret Herodium. In bello hoc succubuit Herodes; ergo cœsus ab Aræta, in eum incitatus Tiberium Casaram, qui misit Vitellium, Syrie presidem, ut Aretam caperet vel occideret, teste Josepho, lib. XVIII Antiquitatum, cap. viii. Hac occasione usi Iudei infensi Paulo, eum apud prefectum Aræta accusasse videtur, quod per speciem et praetextum Evangelii turbas moveret, et cives a gentilismo, et consequenter ab Aræta avertiret, foreque ut ille Damascum Iudeis et Vitelli proderet. Hinc praefectus timens et credulus Paulum querit: ille monitus per sportam e muro dimisus dilabitur. Ita D. Baronius, tom. I, pag. 304, et alii.

Locis

Ezech.

Illustra-

tias.

CAPUT DUODECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, ut se Corinthiis per pseudoapostolis commendaret, narrat suum raptum in tertium cœlum.
Secondo, vers. 7, ne inde extollatur, datum sibi ait stimulum carnis: nam virtus in infirmitate perficitur.
Tertio, vers. 11, a philistia se excusat, quod ipsi compulerint eum, ut se laudaret, cum ab illis potius debuisse commendari a patientia, miraculis, predicatione gratuita, charitate et sollicitudine.
Quarto, vers. 17, refutat calumniam sibi objectam, quod dolere non per se, sed per Titum a Corinthiis pecunias corrogavit.
Quinto, vers. 21, metuit ne ad eos veniens inventat aliquos dissensionibus aliquis vitris involutos: quod tacite hoc ipso monet ne eos cum luctu et dolore castigare cogatur.

1. Si gloriari oportet (non expedit quidem), veniam autem ad visiones et revelationes Domini. 2. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore nescio, sive extra corpus nescio, Deus scit), raptum hujusmodi usque ad tertium cœlum. 3. Et scio hujusmodi hominem (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit), 4. quoniam

raptus est in paradisum, et audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui. 5. Pro hujusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis. 6. Nam, et si volvero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam; parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. 7. Et ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. 8. Propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me; 9. et dixit mihi: Suffici tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabet in me virtus Christi. 10. Propter quod placebo mihi in infirmitatibus meis, in contumelias, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cum enim infirmor, tunc potens sum. 11. Factus sum insipiens, vos me coegeritis. Ego enim a vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab iis, qui sunt supra modum Apostoli: tametsi nihil sum; 12. signa tamen apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis, et prodigiis, et virtutibus. 13. Quid est enim, quod minus habuistis pra ceteris ecclesiis, nisi quod ego ipse non gravavi vos? Donate mihi hanc injuriam. 14. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, et non ero gravis vobis. Non enim quero quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filii. 15. Ego autem libertissime impendam, et superimpenderem ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens, minus diligas. 16. Sed esto: ego vos non gravavi; sed cum essem astutus, dolo vos cepi. 17. Numquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumveni vos? 18. Rogavi Titum, et misi cum illo fratrem. Numquid Titus vos circumveniuit? nonne eodem spiritu ambulavimus? nonne iisdem vestigis? Olim putatis quod excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur: omnia autem, charissimi, propter adificationem vestram. 20. Timeo enim, ne forte cum venero, non quales volo, inveniam vos; et ego inveniar a vobis qualiter non vultis: ne forte contentiones, amulationes, animositates, dissensiones, detractiones, sursumtiones, inflationes, seditiones sint inter vos: 21. ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, et lugeam multis ex iis, qui ante peccaverunt, et non egerunt penitentiam super immunditia, et fornicatione, et impudicitia, quam gesserunt.

Vers. 2. 2. SCIO HOMINEM IN CHRISTO, — hominem Christianum, ut pateat, ait Theophylactus, raptum esse Paulum Christi gratia, non opere demonis, uti raptus fuit in aeren Simon Magus.

Ante ANNOS QUATUORDECIM. — Hinc deducitur raptum hunc Pauli contigit: novem circiter annis ab eius conversione, quæ contigit anno Christi 36. Raptus ergo fuit Paulus anno Claudi imperatoris 2, Christi 44, qui fuit ab eius conversione; quo anno, jubente Spiritu Sancto, ordinatus est cum Barnaba Apostolus et doctor Gentium. Actor. XIII. 2, paulo videlicet ante quam hunc Apostolatum ordiretur. Id patet, quia ut dixi initio epistolæ huc scripsit Paulus anno Christi 58, qui fuit Neronis 2, a quo si retrorsum computes annos 42, ut ipsomet hic ait, incides in annum Christi 44. Non ergo hic raptus contigit anno conversionis Pauli (Actor. ix. 12), qui fuit Christi 36, licet id putarint aliqui cum S. Thoma.

Notat Theophylactus Apostoli modestiam, quod per quatuordecim annos rem tantam siluerit. Secundo, si tantus et tam alte contemplationis fuerit Paulus ante annos 14, raptus ergo jam fuit

tot annorum, laborum, meritorum increments adactus? Ita Chrysostomus et Theophylactus.

SIVE IN CORPORE, NESCIO; SIVE EXTRA CORPUS. Pauli causa in illa est, probabiliter tamen D. Thomas, ut non nullus. — Licet Apostolus assertat se hac de re nonnullus. — Quod est secundum naturam, ex vi superioris naturæ elevatio. » Unde angelis et animis beatæ non rapiuntur cum Deum dicit: quia licet supra naturam eleverint, non tamē alienantur ab eo, quod est secundum naturam, id est, a naturali animæ statu qui est in homine, ut per sensus corporeos et phantasmata.

Raptus
qua sit,
atque
bus con-
petat?